



MARCUS ANTONIUS
SEPTIMIO NERACIO
Salutem!

BEnè mecum agis, Septimi Neraci, quod iterum fasciculum Scriptorum Eristicorum SAM. PUFENDORFII atque VAL. ALBERTI ad me misisti, qui diu expecto, quem tandem pugna hæc, quæ in dies majori animorum concitatione agitur, exitum sit habitura. De novissimo anonymi *Castigatoris* scripto multa jam bonos Viros conquerentes, & istud furori Beckmaniano simillimum pari quoque fatò dignum judicantes audivi. Sanè SECKENDORFIUM & ALBERTUM, quorum præcipuè Gnatho impurus rem agit, tam graves Viros non putandum est causam Pasqvino committere voluisse, aut eorum in Puffendorffium iram tantoperè utriusque mentem impedivisse ut nec ille *de Statu Christianismi*, nec *de regulis Paradisiacis* hic tum quidem temporis cogitare potuerit. Qvis sit ille *monitor nocturnus* Te
A 2 nesci-